



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

53. An Cardinales in Ecclesiis sibi concessis possint conferri beneficia, & exercere iurisdictionem ante cæptam possessionem, & ostensionem literarum? Ex p. 5. tr. 2. res. 47.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

suis titulis, vide Camillum Billotta tract. de Absol. iur. lib. 2. c. 7. & Merollam 10. 1. disp. 1. cap. 3. difficult. 5. num. 225.

RESOL. LIII.

An Cardinales in Ecclesiis sibi concessis possint conferre beneficia, & exercere iurisdictionem ante captam possessionem, & ostensionem literarum? Ex part. 5. tit. 2. Ref. 47.

§. 1. Videtur negativè respondendum, & ideo Episcopus non potest absque litterarum ostensione possessionem consequi, ut docet Parisius de resignat. lib. 8. q. 5. n. 33. Azorius p. 2. lib. 3. c. 29. q. 9. & alij, nam quamvis iure communi, ubique erit canonica institutio confirmatus, habeat ea quæ sunt iurisdictionis, dignitatis, & de lege Diocæsanæ, cap. transmissam, c. nostri, c. qualiter, de elect. c. inter corporalia, de translat. Episc. & statim ac sunt propoliti in Consistorio Sanctitatis suæ, dicantur electi, nominati, designati, præsentati, instituti, ac confirmati, nihilominus per Extravag. iniuncta, de elect. inter communes, si velint prædicta exercere, debent obtinere prædictas literas, aliàs possessionem Episcopatus consequi non possunt.

2. His tamen non obstantibus dict. Extravag. iniuncta, non habet locum in Cardinalibus Episcopis, qui ante possessionem adepti, & ostensionem litterarum iurisdictionem exercere possunt, ut observat Laurorius in var. elucubr. tit. 4. c. 25. nu. 10. Gonzales in reg. 8. Cancell. gl. 24. n. 7. Barbosa de potest. Episc. part. 3. allegat. 1. 11 n. 35. Belenchus de charitate subg. 9. 60. n. 16. & alij.

RESOL. LIV.

An Cardinalis ad Episcopatum assumptus, si nondum possessionem fuerit adeptus, possit adhuc beneficia conferre?

Et an Cardinales possint conferre beneficia commendata, siue ad tempus, siue ad vitam dissoluta commenda; & idem dicendum est de vniis, dissolutis vniionibus? Ex part. 5. tit. 2. Ref. 45.

§. 1. Negativè respondet Atchiadiconus in c. eum qui, de præbend. in 6. Dynus ad reg. 1. n. 17. de regulis iuris in 6. Ripa conf. 11. Rebuffus in praxi benefic. tit. de simonia, in resignat. n. 44. & alij Ait enim Dynus canonicam institutionem appellari illam, in qua omnia substantialia concurrunt, videlicet institutio, seu collatio, inuestitura, seu collationis confirmatio, & missio in possessionem. Per institutionem verbalem tribuitur ius proprietatis, per inuestituram declaratur, & confirmatur illius iuris collatio, ut cap. ad hac, §. in quadam, & c. ut nostrum, de offic. Archid. & c. cum ex iniuncto, de hæret. & per inductionem in possessionem tribuitur ius possessionis, vel quasi, & ius administrationis, d. cap. ad hac, & cap. ut nostrum, ibi, ponere Abbates, & Abbatissas in Sede, ergo, &c.

2. Verum ego affirmatiuæ opinioni adhæreo, quam docet Germonius de Indulg. §. nec non, n. 8. vbi post multa concludit possessionis apprehensionem esse vtiq; necessariam quoad solemnitatem, ut possit prouisus ostendere se esse in possessione, sicque illatam molestiam repellere, inferendamve præcauere; non sequi tamen quin ante adeptam possessionem possit administrare & exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, dummodo tertio non præiudicet. Sed sic est, v^t notat Innoc. Hostiensis, Abbas in c. transmissi, de elect. cum Oldrado conf. 191. quodd statim ac quis est electus Episcopus, & confirmatus, potest exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, vti est beneficiorum collatio etiam extra Diocæsim, etsi nondum in eam se contulerit, sic Ecclesia dicitur vacare vsque ad confirmationem gl. ad Clem. 1. ver. collatio, ut sit pendens. & ibi not. Imola. num. 20. vers. iuxta prædicta. Felin. ad cap. cum Bertoldus, col. 2. num. 3. vers. dixit etiam, de re iudic. Panuin. de offic. & potest. Cap. Sed vde. prælad. 7. num. 16. in fine. Franc. ad c. quamuis. §. 1. num. 1. de elect. lib. 6. Rota decis. 6. vers. hoc etiam, de elect. in nouis. decis. 182. diuers. p. 2. quæ cum luce clariora sint, videtur dicendum non opus esse possessionis apprehensione ut Cardinalis virtute indulti conferat, etiam si eam & naturaliter & corporaliter nondum cœperit, ut ait Innocent. in c. cum super, ibid. n. 17. de conf. posses. & propriis. sequitur Abbas, cui adstantur Gemin. & Paril. ad cap. eum qui, de præbend. lib. 6. & ita hæc sententiam ex neotericis, præter Germonium tenet etiam Massobrius in praxi habendi concurs. prælad. 26. dub. 6. num. 3. quando Episcopus Cardinalis fuerit confirmatus, & quando possessio talis Episcopatus fuerit vacua; nam si fuerit ab aliquo occupata, putat prius possessorem expellendum esse iusta sententia.

3. Notandum etiam hic obiter Cardinales posse conferre beneficia commendata siue ad tempus, siue ad vitam dissoluta commenda, & idem de vniis dissolutis vniionibus. Ita Germonius loco cit. §. qua. extra n. 18. & Massobrius dub. 15.

RESOL. LV.

An Cardinalis Episcopus possit providere beneficia reseruata vacantia tempore sui Antecessoris non Cardinalis?

Et quid de conuerso, vacante beneficio in mense alias reseruato tempore, quo Cardinalis erat Episcopus, quod durante vita Cardinalis non fuit prouisus, an possit dictum beneficium ab Episcopo non Cardinali successore provideri? Ex p. 5. tit. 2. Ref. 27.

§. 1. Respondeo vel habet indultum, vel non habet, si non habet, non potest, quia tale beneficium à puncto vacationis fuit Sedi Apostolicæ reseruatum; sed si Cardinalis habet indultum solitum ad conferenda beneficia, illud beneficium conferre poterit, dummodo indultum extendatur ad beneficia etiam vacantia, aliàs minimè. Ita Garzias de benefic. part. 5. c. 1. n. 635. Massobrius in praxi habendi concurs. prælad. 26. dub. 3. Gonzales in reg. 8. Cancellar. gl. 24. n. 108. & Caltrus Palaus tom. 2. tr. 13. disp. 2. punct. 22. §. 4. n. 7. qui tamen n. 8. contra Gonzales putat è conuerso vacante beneficio in mense alias reseruato, tempore quo Cardinalis erat Episcopus, quod durante vita Cardinalis non fuit prouisus, posse dictum beneficium ab Episcopo non Cardinali successore prouideri, non obstante reg. 2. Cancell. Sed sententiam Gonzales tenet Massobrius ubi supra dub. 4. vnde puto vtramque sententiam probabilem esse.

RESOL. LVI.

An beneficia simultanea collationis Episcopis, & Capitulo vacanti in mense Apostolico, à Cardinali simul cum Capitulo prouideri debeant, & quid in beneficiis aliis reseruatis?

Ll Et